

INTROIT Psalm 138: 17

Mihi autem nimis honoráti sunt amici tui, Deus: nimis confortátus est principátus eórum. (Ps 138:1-2) Dómine, probásti me, et cognovisti me: tu cognovisti sessiõnem meam, et resurrectionem meam. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Mihi autem nimis honoráti sunt amici tui, Deus: nimis confortátus est principátus eórum.

COLLECT

Majestátem tuam, Dómine, suppliciter exorámus: ut, sicut Eccesiæ tuæ beáti Andréas Apóstolus exstitit prædicátor et rector; ita apud te sit pro nobis perpétuus intercessor. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Rom 10: 10-18

Fratres: Corde enim créditur ad justítiam: ore autem conféssio fit ad salutem. Dicit enim Scriptúra: Omnis, qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distíctio Judæi, et Græci: nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes, qui invocant illum. Omnis enim, quicumque invocáverit nomen Dómini, salvus erit. Quómodo ergo invocábunt, in quem non crediderunt? Aut quómodo credent ei, quem non audierunt? Quómodo autem áudient sine prædicánte? Quómodo vero prædicábunt, nisi mittántur? sicut scriptum est: Quam speciósi pedes evangelizántium pacem, evangelizándum bona! Sed non omnes oboediunt Evangelio. Isaías enim dicit: Dómine, quis crédidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico: Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exívit sonus eórum, et in fines orbis terræ verba eórum.

GRADUAL Psalm 44: 17-18

Constítues eos príncipes super omnem terram: mémoires erunt nóminis tui, Dómine. V. Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii: proptérea pópuli confitebúntur tibi.

LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. V. Diléxit Andréam Dóminus in odórem suavitátis. Allelúja.

GOSPEL Matthew 4: 18-22

In illo témpore: Ambulans Jesus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simónem, qui vocátur Petrus, et Andréam fratrem ejus, mitténtes rete in mare (erant enim piscatóres), et ait illis: Veníte post me, et fáciam vos fieri piscatóres hóminum. At illi contínuo, relíctis rétibus, secúti sunt eum. Et procedens inde, vidit álios duos fratres, Jacóbum Zebedæi, et Joánnem fratrem ejus in navi cum Zebedæo patre eórum, reficiéntes rétia sua: et vocávit eos. Illi autem statim, relíctis rétibus et patre, secúti sunt eum.

OFFERTORY Ps. 138: 17

Mihi autem nimis honoráti sunt amici tui, Deus: nimis confortátus est principátus eórum.

SECRET

Sacrificium nostrum tibi, Dómine, quæsumus, beáti Andréæ Apóstoli precátio sancta concíliet: ut, in cujus hónore solémniter exhibétur, ejus méritis efficiátur accéptum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE APOSTLES

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, Te, Dómine, suppliciter exoráre, ut gregem tuum Pastor ætérne, non déseras: sed per beátos Apóstolos tuos continúa protectiõne custódiás. Ut íisdem rectóribus gubernétur, quos óperis tui vicários eidem contulísti præesse pastóres. Et ideo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

COMMUNION Matthew 4: 19- 20

Veníte post me: fáciam vos fieri piscatóres hóminum; at illi contínuo, relíctis rétibus, secúti sunt Dóminum.

POSTCOMMUNION

Súmpsimus, Dómine, divína mystéria, beáti Andréæ Apóstoli festivitáte lætántes: quæ, sicut tuis Sanctis ad glóriam, ita nobis, quæsumus, ad véniam prodésse perfícias. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

To me, Thy friends, O God, are made exceedingly honorable : their principality is exceedingly strengthened. (Psalm 138: 1-2). Lord, Thou hast proved me, and known me; Thou hast known my sitting down and my rising up. V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. To me, Thy friends, O God, are made exceedingly honorable : their principality is exceedingly strengthened.

We supplicate Thy majesty, O Lord, that as blessed Andrew was in this world a preacher and ruler of Thy Church, so he may be our constant intercessor before Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren: With the heart, we believe unto justice, but with the mouth, confession is made unto salvation. For the Scripture saith: Whosoever believeth in him, shall not be confounded. For there is no distinction of the Jew and the Greek, for the same is Lord over all, rich unto all that call upon Him. For whosoever shall call upon the name of the Lord, shall be saved. How then shall they call on Him in whom they have not believed? Or how shall they believe Him of whom they have not heard? And how shall they hear, without a preacher? And how shall they preach unless they be sent? as it is written: How beautiful are the feet of them that preach the gospel of peace, of them that bring glad tidings of good things! But all have not obeyed the Gospel. For Isaías saith: Lord, who hath believed our report? Faith, then, cometh by hearing: and hearing by the word of Christ. But I say: Have they not heard? Yea, verily, their sound hath gone into all the earth, and their words unto the ends of the whole world.

Thou shalt make them princes over all the earth: they shall be mindful of Thy name, O Lord. V. Instead of Thy fathers sons are born to Thee: therefore shall people praise Thee.

Alleluia, alleluia. The Lord loved Andrew for an odor of sweetness. Alleluia.

At that time, Jesus, walking by the sea of Galilee, saw two brethren, Simon, who is called Peter, and Andrew his brother, casting a net into the sea (for they were fishers). And He saith to them, Come ye after Me, and I will make you to be fishers of men. And they immediately leaving their nets followed Him. And going on from thence, He saw other two brethren, James the son of Zebedee, and John his brother, in a ship with Zebedee their father mending their nets; and he called them: And they forthwith left their nets and father, and followed Him.

To me, Thy friends, O God, are made exceedingly honorable; their principality is exceedingly strengthened.

May the holy prayer of the blessed apostle Andrew commend our sacrifice to Thee, O Lord, we beseech, that it may be made acceptable by his merits in whose honor it is solemnly offered. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, to entreat Thee humbly, O Lord, that Thou wouldst not desert Thy flock, O everlasting Shepherd, but through Thy blessed Apostles wouldst keep it under Thy constant protection; that it may be governed by those same rulers, whom as vicars of Thy work, Thou didst set over it to be its pastors. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, saying without end:

Come ye after Me: I will make you to be fishers of men. But they immediately leaving their nets, followed the Lord.

Rejoicing, O Lord, on the feast-day of blessed Andrew, we have taken part in Thy divine mysteries, and mayest Thou make them, we beseech Thee, rebound to our forgiveness as they do to the glory of Thy saints. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.